f *Quod non poteſt cogi.*] Ac ne quidem ſi vni partem legati exoluerit, compelletur ad reliqui ſolutionem, Corn. in l. non dubium. §. illud numero nono, C. de teſtament. Cæphal. conſilio 377. numero 51. 52. 53. 54. & ſequenti, Volumine tertio. *Gouean.*

g *Eſt communis opinio.*] Imò quod teſtamẽtum inualidum dicatur hæres approbare ex promiſſione, vel ſolutione ſi ſcienter id fecit, ſciens diſpoſitionem non valere: commune vide per Socinum in conſilio ſeptuageſimonono, volumine quarto; & dixi in collecta mea commu. opinion. in verbo Teſtamentum, numero trigeſimo, vel ducatur ignorantia iuris ſecus, ſi ducatus ignorantia, facti, quia tunc ſecundum d. gloſſ. & Doct. non dicitur approbare. *Giach.*

f *quod* [f] *non poteſt cogi ad alia legata præſtanda: Ita tenet glo. in l. non dubium, in glo. fin. C. de teſtam. & eſt communis*
g *opin.* [g] *vt dicit Alex. in ead. l. non dubium. nu. 3. Quod nota, quia de facili quis reſponderet prima facie contrarium.*

QVÆSTIO XCI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Teſtamentum contraria voluntate reuocatur.*
2 *Et an requiratur, quod fiat aliud teſtamentum ſolemne.*
3 *Et quid ſi concurrat curſus decennij.*
4 *Et à quo tempore computandum ſit huiuſmodi decennium.*

Ex Additionibus.

1 *Si teſtator coram ſeptem teſtibus ſimpliciter dixerit, ſe nolle valere teſtamentum, an hoc caſu teſtamentum cenſeatur reuocatum.*
2 *Sententia l. ſancimus. 27. C. de teſtament.*
3 *A quo tempore decennium, ex cuius curſu dicitur reuocatum teſtamentum, computari debeat.*

QVÆST. XCI.

1 DIctum eſt, ex quibus cauſis Teſtamẽta annullentur, vel rumpantur: nunc videndum quemadmodum Teſtamenta reuocentur. Et in primis quidem ſciendum eſt, quod teſtamentum à teſtatore conditum contraria voluntate reuocetur, idque rationi eſt valde conſentaneum. Sicut enim in teſtamentis condendis voluntas teſtatoris maximè conſideratur: ita etiam in illis reuocandis eiuſdem teſtatoris voluntas præcipuè cõſideranda eſt, vt iuxta communes regulas, eo genere quodque diſſoluatur, quo colligatũ eſt, vulgata l. nihil tam naturale, ff. de regul. iur.

2 a Sed quæro nunquid [a] ad reuocationem teſtamenti ſufficiat, quod teſtator etiam coram ſeptem teſtibus dicat ſe Teſtamentum condidiſſe, & quod non vult tale teſtamentum valere, ſed illud reuocat,
b & annullat, &c. Reſp. [b] quod non; ſed requiritur, quod faciat aliud teſtamentum ſolemne, cum inſtitutione hæredis, & alijs in teſtamento requiſitis. Ita tenet Bart. in l. ſi iure, num. 3. ff. de leg. 3. cuius opin. communiter approbatur, vt dicit Natta in repet. Authẽt. hoc inter, nu. 10. C. de teſtam. Et eſt communis opin. vt dicit Alex. conſ. 159. poſt nu. 8. lib. 7. Ruin. conſ. 6. nu. 1. lib. 2. Rubeus conſ. 41. nu. 4. & 5. Soc. Iun. conſ. 42. nu. 1. lib. 3. Non enim poteſt teſtamentũ ſolẽniter conditum infirmari, niſi aliud teſtamentum conditũ ſit ex quo hæreditas adiri poſſit.

3 Bene verum eſt, quod ſi cũ huiuſmodi reuocatione coram
c Teſtibus ſaltem tribus, facta concurrat perſeuerantia longi temporis, & ſic curſus decennij, vtique his concurrentibus cenſebitur reuocatum primũ. Text. eſt ſingularis in l. ſancimus. C. de teſtam. & eſt communis opin. vt dicit Alexã. in d. l. ſancimus, poſt nu. 8. verſic. Extra glo. Bertr. conſ. 213. nu. 3. lib. 1. in 2. parte.

4 Sed nunquid iſtud tempus decennij eſt computandum, vt currat à die conditi primi teſtamenti, an autẽ à die reuo-
d cationis? Reſp. quod eſt [d] cõputandum à die cõditi primi teſtamenti, ita quod ſi talis reuocatio fiat intra decenniũ à die conditi primi teſtamenti, nihil operabitur. Ita dicit gloß. in d. l. ſancimus. in gl. fin. quam Doct. magis cõmuniter ſequũtur, vt dicit Iaſ. in ea l. ſancimus, nu. 15. Et hãc opin. cõmuniter teneri atteſtatur Ruyn. in d. conſ. 6. nu. 2. illam etiam dicit eſſe magis cõem Gulielm. de Bened. in 1. par. rep. c. Raynutius, fol. 158. nu. 8. in fin.

ADDITIONES.

a NVnquid ad reuocationem teſtamẽti ſufficiat, quod teſtator etiã coram ſeptẽ teſtibus dicat, ſe teſtamentũ
1 condidiſſe, &c.] Si † teſtator ſimpliciter dixerit corã ſeptem teſtibus, ſe nolle valere teſtamentũ, neque vllam cauſam expreſſerit: hoc caſu teſtamentum non cenſeri reuocatum, rectè Clarus hic noſter, poſt Bartolum, & alios ab ipſo citatos, decidit. Hæcque deciſio ſatis apertè probatur per tex-
2 tum † in l. ſancimus. 27. C. de teſt. vbi diſponitur, licet coram actis, adeoque coram toto iudicio reuocetur prius factum teſtamentũ: non tamen illud aliter infirmari, niſi & decennale tempus cõcurrat. Eidem opinioni adſtipulatur Nicolaus Reuſner. in tracta. de iure teſt. p. 6. c. 20. num. 26. & ſeqq. Tametſi contrariam ſententiam veritati, & æquitati magis eſſe conſonam exiſtiment Baldus in dict. l. ſancimus. 27. nu. 2. Cod. eod. Barbat. conſ. 90. num. 7. volum. 2. Graſſus lib. 1. recept. ſentent §. teſtamẽtum, quæſt. 84. nu. 2. verſ. contrariam tamen partẽ, Franciſc. Mantic. in Tractatu de coniectur. vltim. voluntat. libro 2. titul. 15. numer. 19. cum ſeq. Connan. libr. 9. Commentar. iur. ciuil. c. 7. nu. 4. & Thadeus Piſo lib. 1. variar. reſolut. c. 12. n. 51. verſ. contrariam tamen partem, &c. *Harprec.*

b *Quod non.*] Aduerte tamen, quod ſi inter præcedens teſtamentum, & talem reuocationem interceſſerit lapſus decem annorum, quod talis reuocatio facta coram non minus tribus teſtibus eſſet efficax. Vide per Alexan. eodem conſilio 159. col. 2. qui etiam tenet, quod non ſufficeret, reuocationem eſſe factam apud acta, niſi interueniſſet curſus decennij. Facta tamen hoc modo, quia volo inteſtatus decedere, coram ſeptem teſtibus, vt fatetur Alex. ibid. ſub nu. 8. intellige reuocatum primum teſtamẽtum per text. in l. 1. §. ſi hæres, ff. ſi tabul. teſtam. nul. exta. & not. per Bart. in l. ſi iure, ff. de leg. 3. vide quæſtione ſequenti. *Giachar.*

c *Saltem tribus.*] Aduerte hic, quod ad hoc, vt ſufficiant tres teſtes, qui probent contrariam voluntatem cum curſu decẽnij, oportet quod ſint idonei, & ſic rogati: qui niſi rogati, haud ſufficiunt. Et hoc non eſſe, dicit Angel. Aretin. in §. ex eo autem, numero decimo quinto, vbi teſtatur vidiſſe de facto in quodam teſtamento auũculi vxoris ſuæ, nu. 10. haud poſſe dari remedium, propter quod primum teſtamentum non poſſit tolli. Vide ibi, per eum. *Giach.*

d *Quod eſt computãdũ à die conditi primi teſta-
3 menti.*] Quod † decennium, ex cuius curſu reuocatum, irritumque cenſetur teſtamentum, non à die reuocationis: ſed à die primi teſtamenti, confecti, ſit computandum, præter Clarum noſtrum, tradit Tob. Nonius conſilio 23. numero 16. eumque referens Graſſus dicto §. teſtamentum, quæſtione octuageſima quarta, numero quarto, verſic. ſed aduerte, &c. *Harprec.*

QVÆ-

QVAESTIO XCII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Si teſtator coram ſeptem teſtibus reuocet teſtamentum, quia dicat ſe velle inteſtatum decedere, an id ſufficiat.*

Ex Additionibus.

1 *An infirmetur teſtamentum, quando teſtator coram legitimo teſtium numero illud reuocat, & exprimit cauſam: quod ſcilicet vult decedere inteſtatus.*
2 *Qui Auctores contrarium defendant.*

QVÆSTIO XCII.

1 QVæro, quid ſi teſtator coram ſeptẽ teſtibus dicat: Reuoco, & annullo teſtamentum a me prius conditum, quia
a volo [a] decedere inteſtatus, numquid hoc ſufficiet ad reuocationem teſtamenti? Reſp. quod ſic. Ex quo enim teſtator aſſerit ſe vellem inteſtatum decedere, cenſetur inſtituere venientes ab inteſtato, iux. tex. in l. 1. §. hæres. ff. ſi tab. teſta. nul. exta. & ita tenet Bart. in d. l. ſi iure. poſt numer. 3. ff. de leg. 3. & ita præcedens concluſio communiter limitatur, vt dicit Bertran. conſil. 12. poſt num. 2. lib. 2. in 2. part. Hanc etiam eſſe commun. opin. atteſtatur Alexan. in d. l. ſancimus, num. 9. & conſ. 30. num. 3. lib. 3. quem refert Dec. conſ. 582. num. 1. & Bertr. conſ. 25. in princ. lib. 3. in 1. part. Ioan. Dilect. de arte teſtan. titul. 10. cau. 3. num. 2. & Didac. in rub. de teſtament. in 2. parte, poſt numerum 11. verſ. ſexta concluſio, Natta in d. authen. hoc inter, numero 11.

ADDITINOES.

a QVia volo decedere inteſtatus, &c.]
1 Quando † teſtator coram legitimo numero teſtium reuocat teſtamẽtũ, & exprimit cauſã; quia ſcilicet vult decedere inteſtatus; tũc per hoc tacite eũ videri inſtituere, ſiue vocare legitimos hęredes, veniẽtes ab inteſtato, adeoque prius teſtamentũ infirmari communiter Doct. vltra Clarũ noſtrũ, & ab eo hic relatos, tradunt, quos ſequuntur Michael Graſſ. lib. 1. recept. ſent. §. teſtamentum, quæſt. 84. nu. 5. Franc. Mantic. in tract. de coniectur. vlt. volũt. lib. 2. tit. 15. nu. 18. & Thad. Piſo lib. 1. var. reſolut. c. 12.
2 nu. 50. Verum † contrariũ haud ſine ratione, poſt Paulũ Caſtrẽſem, & Fulgoſ. in l. ſancimus 27. C. de teſt. defendit Fachin. lib. 4. controuerſ. iur. cap. 8. & D. Collega Bocerus claſſ. 3. diſputat. 9. th. 21. edit. 2. Idque & nos comprobauimus in §. ex eo autem. Inſtit. quib. mod. teſt. infirm nu. 4. & 5. *Harp.*

QVÆSTIO XCIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Si teſtator teſtamentum à ſe conditum incidat, vel cancellet, annullatur illud teſtamentum.*
2 *Et an eo caſu hæreditas applicetur fiſco, vel venientibus ab inteſtato.*

Ex Additionibus.

1 *Si teſtator teſtamentum incidat, vel cancellet, an & quatenus illud infirmetur teſtamentum.*
2 *Et eo caſu num vitietur teſtamentũ ipſo iure, an ope exceptionis*
3 *Item eo caſu cui hæreditas applicanda veniat.*

QVÆST. XCIII.

1 QVæro, quid ſi teſtator voluntatem ſuam non verbis, ſed facto declaret, puta;
a quia [a] teſtamentum a ſe prius conditum incidat, vel cancellet, nunquid tale teſtamentũ annullabitur? Reſpon. quod ſic. Tex. eſt in l. noſtram. C. de teſt. & ita concludunt cõmuniter Doct. vt ait Crauet. conſ. 228. n. 1. Hanc tamen intelligo, vt procedat in teſtamento condito in ſcriptis; ſed ſi eſſet teſtamentũ nuncupatiuum in ſcriptis redactum, prout hodie communiter teſtamenta conduntur, & teſtator forte habens a Notario exemplum authenticum illud incideret, vel cancellaret: non crederem hoc ſolum ſufficere ad annullandũ, vel reuocandũ ipſum teſtamentum. Bene verum eſt, quod ſi teſtator ipſum exẽplar, ſeu originale exiſtens apud Notariũ cancellari faceret, crederem tale teſtamentũ prorſus reuocatũ, & annullatum cenſeri debere, dũmodo legitime appareret cancellationem coram ſeptem teſtibus factam fuiſſe ex iußu ipſiuſmet teſtatoris.

2 Sed quæro, an in caſu huiuſmodi cancellationis, vel inciſionis teſtamenti per teſtatorẽ factæ, hæreditas tranſeat ad ve-
b nientes ab inteſtato: an [b] autem applicetur fiſco, tanquam ſi hęredes a teſtatore fuiſſent reputati indigni, & conſequẽter fiſcus eã ab illis auferre poſſet? Reſp. quod ſi apparet de voluntate teſtantis, illa attendi debet. Ita cõmuniter dicitur, vt ait Imol. in c. cum eſſes, poſt nu. 30. verſ. An & quando. de teſt. Si vero non apparet de volũtate teſtatoris: tunc in dubio tenendum eſt, quod hæreditas vadit ad venientes ab inteſtato, non autem ad fiſcum. Et hæc opinio eſt magis communis, vt dicit Alex. in d. l. noſtram, nu. 3. & dicit etiam Ang. Aret. in §. ex eod. poſt num. 2. verſ. 2. principaliter. Inſtit. quib. modis teſt. infirm. Quod ita dicũt communiter Doctor. intellige, quando teſtator totum teſtamentum incidit: ſed ſi tantummodo deleat nomina hæredum, videtur illos reputaſſe indignos, & ideo fiſcus ab illis auferre poterit hæreditatem, excluſis venientib. ab inteſtato.

ADDITIONES.

a QVia teſtamentum à ſe prius conditum incidat, vel cancellet.] Si
1 † teſtamenti tabulæ, aut inſtrumenta mutẽtur conſulto, quod accidit vel reſciſſione. l. 1. §. ſed conſulto 3. ibique Cuiac. ff. de his, qui in teſtam. delent. l. pen. §. vlt. ff. de bon. poſſ. ſecund. tab. l. vlt. ff. de iniuſt. rupt. irr. fact. teſta. l. penult. C. de teſt. vel reſignatione l. ad teſtium 22. §. ſi ſigna. 3. & l. ſeq. ff. qui teſt. fac. poſſ. d. l. pen. C. de teſt. vel deletione. l. 1. §. ſi hæres. ff. ſi tabul. teſt. null. extab. d. l. 1. §. ſed cõſulto. & l. 2. in princip. ff. de his, quæ in teſt. delent. teſtamentum rumpi atq; infirmari. cõmunis concluſio eſt. Eamq; rem copioſius explicat Reuſner. in tract. de iur. teſtamentor. par. 6. cap. 25. per tot. Quod ſi non totum teſtamentum, ſed eius pars deleta ſit; in reliqua voluntate teſtamentum conſiſtit: etſi hęredum inſtitutio ſit inducta, & legata tantum ſalua relicta. d. l. 2. & 3. ff. de his, quæ in teſt. delent. l. cum tabulis 16. §. vltim. ff. de his, quib. vt indign. auferr. Duaren. in Cõment. ad tit. ff. de iniuſt. rupt. irr. fact. teſtament. cap. 5. Et hic addendum eſt: per iſthanc reſciſſionem, inciſionem, vel cancellationem non vitiari teſtamentum ipſo iure, ſed ope exceptionis, per notata gloſſę, Bart. & aliorum in d. l. 1. ff. de his, quæ in teſtam. delent. Vaſq. de ſucceſſ. reſolut §. 8. nu. 35. Graſſi lib. 1. recept. ſent. §. teſtamentum. quæſt. 85. num. 1. Thadei Piſonis lib. 1. variar. reſolut. cap. 12. nu. 43. & Dauthij in explicatione l. hæredes palam 21. nu. 14. ff. qui teſt. fac. poſſ. *Harpr.*

b *An autem applicetur*
2 *fiſco, &c.*] Cui † nam hæreditas, deleto, vel cancellato teſtamento, applicari debeat, poſt Clarum hoc loco noſtrum, dilucide explicat Franc. Mantic. in tract. de coniectur. vltim. vol. lib. 12. tit. 1. num. 31. Graſſus d. §. teſtamẽtum, quæſt. 85. num. 3. Dauth. in d. l. hæredes palam 21. nu. 17. ff. qui teſt. fac. poſſ. & Piſo dict. lib. 1. cap. 12. num. 47. *Harprec.*

QVÆ-

QVÆSTIO XCIV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Regulariter primum teſtamentum reuocabitur per ſecundum.*
2 *Et quid in teſtamento condito coram Imperatore.*
3 *Et quid ſi in primo teſtamento appoſitum ſit iuramentum.*
4 *Et an eo caſu, facta reuocatione, teſtator dicatur periurus.*
5 *Iuramentum in teſtamento appoſitum habet vim clauſulæ derogatoriæ.*

Ex Additionibus.

1 *Cur teſtamentum prius tollatur per poſterius, duplex ratio.*

2 *Teſtamentum eſt vltima voluntas.*
3 *Vnius vnum tantum eſt teſtamentum.*
4 *Poſteriora generaliter derogant prioribus.*
5 *Cur militis teſtamentum poſteriore non rumpatur.*
6 *Quid, ſi teſtator iurauerit, ſe primum teſtamentum non reuocaturum.*
7 *Iuramentum eſt priuata conuentio.*
8 *Iuramentum ſortitur naturam actus, cui accedit.*
9 *Natura teſtamenti quæ.*
10 *An, & quatenus teſtator, qui neglecto iuramento, aliud fecit teſtamentum, periurus fiat, remiſſiue.*
11 *Ecquid iuramentum habeat vim derogatoriæ clauſulæ, remiſſiue.*

QVÆST. XCIV.

1 *QVando teſtator poſt conditum primum teſtamentum condit aliud, & ſic ſecũdum teſtamentum validum, & ſo-*
a *lemne, nulla eſt* [a] *inter Doctores controuerſia, quin regula-*
b *riter primum* [b] *tollatur per* [c]
c *ſecundum: tex. eſt in §. poſteriore. Inſtit. quib. mod. teſt. infirm. & hæc eſt communis regula, vt dicit Dec. conſ. 264. num. 1. in fin.*

2 *Et hæc quidem concluſio locum habet non ſolum in teſtamentis priuatim confectis, ſed etiam in teſtamento facto corã Imperatore, vel etiã auctoritate ipſius Imperatoris confirmato: adhuc .n. per aliud teſtamentum etiam ſine cõſenſu Imper.*
d *poſtea conditum,* [d] *reuocatur. Ita dicit Bart. in l. omniũ, nu. 3. C. de teſt. qui in hoc eſt communiter receptus, vt ait Didac. in rubr. de teſt. in 2. parte, poſt nu. 2. Faciũt, quę dixi ſup. li. 1.*

3 *Sed quid ſi teſtator in pri-*
e *mo teſtamento appoſuit iuramentum, promittendo, & iurando, quod illud non reuocaſſet, nunquid ſi poſtea condat ſecundum teſtamentum, illud*
f *primum cenſebitur* [f] *reuocatum, non obſtante illo iuramento? Reſpond. Aliqui dixerunt, quod ſecundum teſta-*

ADDITIONES.

1
a NVlla eſt inter Doctores controuerſia &c.] Ratio, † cur teſtamentum primum tollatur ſiue reuocetur per ſecundum legitime factum, hæc duplex addi poterit:
2 Tum † quia teſtamentum eſt vltima voluntas, l. 1. ff. qui teſtament. facere poſſ. l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. proinde id teſtamentum valere debet, quod eſt poſterius. Vtrumque enim valere nequit: cum vnius
3 † vnum tantum ſit teſtamentum: eo quod teſtamentum contineat vniuerſam hæreditatem: extra autem vniuerſitatem nihil eſſe poſſit, argum. l. nihil eſt aliud 24. ff. de verbor. ſignific. & l. hæreditas 62. ff. de reg. iur. Tum
4 † quia & alias in iure poſteriora derogant prioribus; vt leges, l. non eſt nouum. 26. ff. de legibus, vt pacta, l. pacta nouiſſima. 12. C. de pact. vt contractus, l. pacta conuenta. 72. ff. de cõtrahend. empt. vt tutela, legatum, fideicommiſſum, &c. l. tutor. datus. 8. §. vltim. l. ſi hæreditas 10. §. ff. de teſtamentar. tutel. l. ſi mihi 12. §. in legatis, ff. de legat. 1. l. clari. 19. C. de fideicommiſſ. Excipitur tamen militis teſtamentum, quod poſteriore non rumpitur. l. quærebatur 19. l. militis. 36. §. 1. ff. de teſtament. militis. Ratio
5 exceptionis hæc eſt; quia militi † plura teſtamenta facere, & hæredem ex parte inſtituere licet: quod pagano non permittitur. dict. l. quærebatur 19. in princ. ff. eod. Reuſn. in tract. de iur. teſtament. par. 6. cap. 20. num. 5. *Harprec.*

b *Tollatur.*] Adde, quod ſufficit teſtamentum primum, vt tollatur per ſecundum, quod teſtator ad interrogationem Notarij dicat ſic; commune atteſtatur Dec. conſ. 489. num. 3. Item vnum hic nota, quod teſtamentum primum, in quo teſtator voluit, quod non poſſit per ſecundum reuocari, niſi in illo regiſtrata ſint quædam formalia verba, haud reuocatur per ſecundum, niſi per expreſſam reuocationem: atque facta mentione de dictis verbis derogatorijs, communiter atteſtatur Natt. in conſilio 639. & vide per Dec. in conſilio 475. & 489. & ampliat Natt. vbi ſupra numer. 5. procedere etiam ſtante ſtatuto, quod vltimum teſtamentum teneret haud facta mentione de dictis verbis derogatorijs. Vide de hoc etiã in collecta mea commun. opin. in verb. teſtamentum num. 9. & 10. *Giach.*

c *Per ſecundum.*] Aduerte hic, quod teſtamentum etiam ſecundum factum coram quinque teſtibus in quo inſtituti ſunt venientes ab inteſtato, licet valeat, haud tamen valeret, quando in primo teſtamento ſunt inſtituti venientes ab inteſtato, etiamſi non omnes, ſed ſi aliqui; commune vide per Socin. in conſil. 229. colum. 2. & in dict. collecta mea commun. opin. verb. teſtamentum, num. 12. Item nota, quod teſtamentum ſecundum non reuocat primum, vbi rite, & recte factum haud fuit; commune per Roland. in conſil. 33. num. 4. volum. 3. vide per Cephal. conſ. 516. atque 548. *Giach.*

Per ſecundum.] Hoc verum; etiam ſi primum coram viginti teſtibus factum foret, poſterius autem coram legitimo numero teſtium. Alex. conſ. 146. num. 12. vol. 2. Burſ. conſilio 47. num. 78. quin etiam coram ſeptem teſtibus ad pias cauſas conditum per factum coram duob. teſtibus reuocatur Iaſ. in l. ſi ita ſcriptum numer. 29. de leg. 3. Alex. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. C. de teſtament. Tiraq. de priuig. piæ cau. priu. 2. Cephal. conſ. 32. & 33. vol. 2. ſed an per ſecundum inter liberos iure, & priuilegio patris factũ tollatur prius ſolemne. Rom. conſ. 179. nũ. 17 & conſ. 385. Alexan. 146. vol. 2. Socin. Iun. conſil. 104. num. 32. & 33. lib. 7. Gabr. de teſtam. conſ. 7. *Gouean.*

d *Reuocatur.*] Adde commune etiam per Dec. in cap. cum acceſſiſſent. col. 2. de conſtit. & dixi etiam d. collect. mea commun. opin. num. 44. *Giach.*

e *Sed quid, ſi teſtator in primo teſtamento appoſuit iuramen-*
6 *tum.*] Quamuis † teſtator iurauerit, ſe primum teſtamentum non reuocaturum: nihilominus tamen, non obſtante tali iuramento, ſecondo legitime facto primum mutare poterit. Hu-
7 iuſque ratio non in occulto eſt: Tum † quia iuramentum priuata eſt conuentio, per quam nemo ſe ipſum teſtamenti factione, quæ iuris eſt publici, exuere poteſt. l. nemo poteſt. 55. ff.
8 de leg. 1. l. 3. ff. qui teſt. fac. poſſ. Tum † quia iuramentum ſortitur naturam actus, cui accedit. l. fin. C. de non num. pec. cap.
6 acceſſorium 42. de reg. iur. in 6. Hæc † autem eſt natura teſtamenti, vt vſque ad mortem reuocari, mutari, & corrigi poſſit. l. quod ſi iterum. 4. & l. nihil prohibet. 17. ff. de adimend. vel transfer. legat. Et ita, poſt Clarum, & ab eo citatos hic, ſentiunt Michael Graſſus lib. 1. recept. ſent. §. teſtamentum, quæſt. 87. num. 1. Ant. Gabriel Rom. commun. concluſ. lib. 2. tit. de iureiur. num. 8. Thadeus Piſo lib. 1. var. reſolut. cap. 12. num. 6. Fachin. lib 4. controuer. iur. cap. 8. circa fin. Heigius in §. poſteriore 2. num. 5. Inſtit. quib. mod. teſtament. infirment. Ant. Faber part. 2. de errorib. pragmat. decad. 39. error. 2. & Dauth. in tract. de teſtament. nu. 88. & ſeqq. *Harprec.*

f *Reuocatum.*] Et quod haud ſit dare remedium, propter quod primum teſtamentum non poſſit tolli, etiam ſi fuerit iuratum: vide ſupra, & Oldr. conſ. 27. & 160. *Giach.*

mentum factum poſt primum iuramentum non valet: dicit Alber. in l. 1. circa fin. C. de ſacroſanct. Eccle. quod ita tenẽt communiter Canoniſtæ. Tu verò tene contrarium, ſcilicet, quod non obſtante iuramento, primum teſtamentum, per ſecundum reuocatur; & ita tenet gloſſ. in capit. vltim. voluntas, in gloſſ. vnica, poſt medium 13. quæſtione ſecunda, & ita concludunt omnes, vt dicit Alexand. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, numero quinto, ff. de verborum obligat. quem refert Didacus in Rubric. de teſtament. in ſecunda parte poſt numerum decimumquintum, & dicit Imola in cap. cum contingat, numero trigeſimoprimo, de iureiurando, quod in hoc omnes concordant. Hanc etiam dicit eſſe communem determinationem Doctorum, Paul. de Caſtro conſilio 339. poſt numerum primum, libro primo. Alexander in l. pactum, quod dotale, numero tertio, C. de pact. & conſilio decimooctauo, numero ſecundo, libro ſecundo, Mayne. in l. nemo poteſt mutare, columna vigeſimaquinta, & vigeſimaſexta de regul. inr. quem refert Epiſcopus Loazes in ſuis allegationibus, pro Marchione Velez. folio 384. numero 160. Alexander in dicto capit. cum contingat, numero ſeptuageſimoſeptimo, Cotta in verbo Teſtatorem inducere, columna prima, & ſic vides, quod hæc eſt magis communis opinio Legiſtarum, & Canoniſtarum, quæ etiam optima ratione fundatur, quia nemo poteſt ſibi legem indicere: quo minus diſpoſitionem ſuam in tempus mortis collatam, ante mortem, quandocunque mutare poſſit.

4 *Sed nunquid* [g] *teſtator reuocando illud primum teſtamen-*
g *tum erit periurus? Reſpondeo, Bartol. in dict. l. ſi quis in princip. teſtamenti, in princip. numero decimoquarto, tenuit quod non: & dixit Alexander in dict. l. ſtipulatio hoc modo concepta, columna ſecunda, quod ita tenent communiter Legiſtæ, quem refert Cotta in dicto verbo, Teſtatorem inducere, columna ſecunda, & Didac. in dicta ſecunda parte, poſt numerum 15. verſic. Secunda opinio. Sed contrarius eſt verius, ſcilicet quod nemo eſt periurus, & ideò debet petere abſolutionem à iuramento. Et hæc eſt communis opinio, vt dixit Alexand. in dicto conſilio decimooctauo, numero duodecimo, Alciatus in dict. cap. cum contingat, numero 78. Natta in dict. Authent. hoc inter, num. 83. & de hoc non videtur dubitandum.*

5 *Vnum tamen nota in hoc propoſito, quod* [h] *tale iuramẽ-*
h *tum appoſitum in primo teſtamento habet vim clauſulæ derogatoriæ: & ſic operatur, quod non poterit per aliud teſtamentum reuocari, niſi in ipſo ſecundo teſtator appoſuerit reuocationem ipſius iuramenti. Ita dicit Bartolus, in l. ſi quis in principio teſtamenti, in principio, numero decimoquinto, poſt Ioannem Andream in Mercurial. in cap. quod ſemel, de regulis iuris, in ſexto, quem ſequuntur communiter Doctores, vt dicit Bertrandus, conſilio 143. numero ſecundo, libro tertio in ſecunda parte. Hanc etiam opinion. dicit eſſe commumem. Socin. in d. §. in legatis, columna penult. verſic. ſexto infertur. Natta in d. Authent. hoc inter, num. 46. C. de teſtam.*

g *Nũquid teſtator reuocando illud primum teſtamentum erit periurus.*]
10 An † & quatenus teſtator quin neglecto iuramẽto, aliud condidit teſtamentum, periurus fiat, latius poſt Clarum noſtrum exponunt Antonius Gabriel Romanus, loco præallegato, Graſſus dicto §. teſtamentum, quæſtione octuageſima ſeptima, numero ſecundo, Dauthius dicto Tractat. de Teſtament. numero nonageſimoprimo cum ſequentibus, & Thadeus Piſo dicto capit. duodecimo, numero ſeptimo. *Harpr.*

11 h *Tale † iuramentum, appoſitum in primo teſtamento, habet vim clauſulæ derogatoriæ.*] Adde hac de re videndum Emanuelem Soarez in theſau. recept. ſentent. verb. teſtamentum, numero ſexageſimoſeptimo, & Graſſum dicto §. teſtamẽtum, quæſtione octuageſima-ſeptima, numero tertio, & quarto, necnon Piſonem dicto cap. duodecimo, num. 12. *Harpr.*

QVAESTIO XCV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Donatio facta in pænam mutationis teſtamenti an valeat.*
2 *Et quid ſi hæres promittat legatarijs legata præſtare.*

Ex Additionibus.

1 *An donatio facta in pænam mutationis teſtamenti ſubſiſtat, remiſſiue.*

QVÆST. XCV.

QVæro etiã, quid ſi teſtator in actu condendi Teſtamẽti dicat, ſe ita teſtari, & nolle ipſum Teſtamentum aliquo modo reuocare, & quod ſi illud aliquando reuocaret, eo caſu ex tunc do-
a *nat* [a] *omnia bona ſua hæredi ſcripto, &c.*

1 b *Nunquid talis* [b] *Donatio facta in pænam mutationis Teſtamenti valebit, ita quod Teſtator non poſſit illam per aliam poſteriorem voluntatem reuocare? Reſpond. Dyn. in cap. quod ſemel in fin. verbis de regul. iur. in 6. tenuit, quod talis donatio irreuocabiliter valeat Et hanc opinionẽ dixit eſſe communem Bald. cõſilio 338. libro ſecundo, prout illum refert Ioannes Dilectus de arte teſtandi. titul. decimo, caut. 2. numero primo. Contrariam verò ſententiam ſcilicet, quod imò talis donatio*

ADDITIONES.

EX *tunc donat.*] Et hoc clarum eſt in donatione vniuerſali, vt dicit Decius in conſilio 294. in princip. qui tamen conſuluit valere donationem factam in pœnam particularis legati, vide per eundem ibi per totum, quia plenè articulum examinat, & contraria diluit. *Giach.*

b *Nunquid talis donatio facta in pænam mutationis teſtameti valebit.*]
1 Quod † donatio, in pœnam mutationis teſtamẽti facta non valeat, vltra Clarum noſtrum, & ab eo nominatos, tradunt Emmanuel Soarez in theſaur. recept. ſent. verb. teſtamentum, num. 69 Vaſquius de ſucceſſ. progreſ. §. 1. num. 103. eoſque cum alijs referens Graſſus libro primo recept. ſentent. §. teſtamentum, quęſt. 88. Quibus adijciendus eſt Thadeus Piſo libro primo variarum reſolut. cap. 12. numero 10. & ſequentib. Dauthius in Tractatu de teſtament. numer. 96. &